

accipere à potentiore adversariô. De voce
vide *Psalm* XLI, 2. Non autem exclusive hæc su-
mi debent, ac si nemo nisi *pauper* judicari jubea-
tur, sed illæ imprimis producuntur personæ, qui-
bus communiter judicis officium denegari solet,
ob causas modò nominatas.

וַיְהִי [¶] *pupillum.*:) qui scil. ob suam tum imperitiam, tum patronorum defectum, suis plerumque defraudari solet juribus, bonis aut hereditate; proindeque in miserrimo versatur statu, omnium obnoxius injuriis, *Tbren.* V, 3. *Hof.* XIV, 3. Confer *Psal.* X, 14. ubi Deus eorum dicitur adiutor, & vers. 18. vindex: *Psal.* LXVIII, 6. pater: qui *Psalm.* CXLVI, 9. statuminat eos; eorumque agit causam, *Deut.* X, 18. *Prov.* XXIII, 11. Huc loci paralleli de pupillorum in judiciis cura, *Jes.* I, 17. 23. *Jer.* V, 28. *Job.* XXIX, 12. XXXI, 17. 18. 21. quibus in locis injungitur judicibus, ut pupillis honestos atque integros constituant tutores, tutorum inspiciant administrationem, injustam defraudationem, vel negligentiam puniant, restitutionem bonorum procurent, aut alioquin de honesta educatione prospiciant. vide *Sirach.* IV, 10. 11. esto pupillis misericors, ut pater &c.

... et egenum:) qui inique scil. affligitur, doletque ob ademtas, vel facultates, vel laetiam famam, &c. confer de hac voce *Psalms*, XL, 18. & *Cob.* VI, 8.

¶ *pauperem:*) qui talis factus est non
injuriâ temporum , sed hominum, qui vel vi, vel
fraude ac technis, ejusdem bona occuparunt, de-
bita aut deposita reddere nolunt, &c.
facte vel iustum pronunciate:)

חֲצִידֵךְ *justificate vel justum pronunciare.* si videlicet talis etiam fuerit. hæc namque conditio diserte habetur *Exod. xxiii, 3.* pauperem non honorabis in causa sua. & *Lev. xix, 15.* non facies iniquitatem in judicio, non suicidies faciem pauperis, neque honorabis faciem magni; in justitia judicabis proximum tuum. Huc illud *Prov. xxix, 7:* cognoscit justus causam pauperum; impius non intelligit scientiam: &c. *xxxii, 9.* aperi os tuum, judica justitiam & judicium pauperis & egeni. Confer *Deut. xxv, 1.* & *Jerem. xxii, 3.* Patet hinc usus verbi **חֲצִידֵךְ** *justificavit*, forensis quippe, quod non est justitiae habitum alicui infundere, sed *justum* atque *ab accusationibus librum aliquem pronunciare*; uti in loco de *Justis.* prolixius id ostendi solet.

EXPLICATIO VERSUS IV.

פָּרְטוֹ *eripite*:) ex potentiorum videlicet adversariorum manu iniquâ , ceu sequitur, ne vel diutius bonis suis carere , vel concussionibus aliorum aut exactiōnibus violentis ulterius expositus esse cogatur. *Ereptio* hæc præstari debet non tantum implorantibus , sed ex officiō etiam iis , qui vel non possunt , vel certas ob causas non volunt judicis officium efflagitare. vide *Prov.* xxiv, ii.

כִּיר è *manu*:) h.e. potestate: non enim propriè *manus* hic accipitur pro notissimô illo corporis nostri membrô, sed meton. pro *potestate*, quæ manu exerceri solet, ut *Gen.* xxxi, 29. *Deut.* xxxii, 36. *Prov.* III, 27. &c.

EXPLICATIO VERSUS V.

וְרָא non cognoverunt :) sc. cognoscenda

ea, quæ suarum sunt partium, nesciunt, & qui-
dem non raro ignorantia affectatâ, tum jura,
tum causæ secundum leges aut jura examinan-
dæ circumstantias vel conditionem, adeoque
sunt rudes, ignavi, temerarii, &c. Defectus ac-
cusativi indefinitam facit orationem: *non sciunt*
scilic. *quicquam,* uti supplet *Pisc.* *Pagn.* *nihil no-*
runt. Vel subintelligi potest nomen verbale,
רֹאשׁתָּה (*scientiam*) *non norunt.* *Camp.* *nihil facti*
sunt *admonitionibus his sapientiores.* Luth. refert
ad antecedentem correctionem totam; aber sie
lassen ihnen nicht sagen / q. d. non scire vel atten-
dere volunt ea, quæ dicuntur ipsis prius; aber
sie wissens nicht und merckens nicht. Confer *Jer.*
X, 21. ut bruta animalia facti sunt pastores, &
Dominum non requisiverunt, propterea non
רְכַמְלֵוִי intellexerunt, & omnis pascua ipsorum di-
spersa est: *Mich. III, 1.* nonne vestrum erat scire
judicium?

יבינו intelligent:) videlicet causas dijudicandas: ad has enim discriminis causa potest referri verbum præsens , sicut præcedens שׁוד ad scientiam juris: ita Muis. Chaldaeus supplet: legem. Lutherus tamen ad idem objectum utrumque referens reddit: sie achtens nicht / i. e. secure cuncta contemnunt.

בְּחַשְׁכָּרָה *in caligine*:) videlicet ignoran-
tiæ & errorum omnis generis , ubi similes sunt
hominibus,in tenebris oculi ignotâque domô hinc
illinc errantibus,palpantibus, impingentibus, la-
bentibus; item nigrum ab albô , verum à falso,
æquum ab iniquô,rectum à pravô) non discer-
nentibus, &c. ita namque indocti quoque judi-
ces iententias ferunt, incertâ semper mente am-
bigentes, num puncatum feriant, an aberrent,&c.
De hujusmodi mentis caligine confer *Jes.* IX, 2.
LX, 2. tenebrae operiunt terram , & caligo popu-
los: & *Cob.* II, 14, oculi sapientis sunt in capite
ejus, itultus autem *in tenebris ambulat*. Huc illud
i. Job. I, 6, II, 11. si in tenebris incedimus menti-
mur &c. item via tenebrarum, *Prov.* II, 13. Sic in
tenebris palpare, *Job.* XII, 25. *conf. c. V,* 14. *XXXVII,*
19. *Job.* VIII, 12. XII, 35. Atque *in tenebris ambulat*
etiam fascinatus per munera, quippe quæ ocu-
los mentis obfuscant , inque varios præcipitant
errores: ita avarus, vindictæ cupidus, cæteri-
B que hujus furfuris suas subinde patiuntur fuligi-
nes. Alias etiam *Ambutare in caligine* est, calami-
tatibus circumfundi ac terrori ingentibus , ut
Proverb. IV, 19. *Jes.* LIX, 9. & *Job.* XXIX, 3. Ita
etiam **בְּשִׁבְעָה** cum terrore & angustiâ conjun-
gitur *Gen.* XV, 12. *Jos.* VIII, 23.

וְיַהֲלֹם *ambulant:*) scil. continuo ac indelli-
nenter. vide *Psal. LXXVII. 18.*

i. e. periculosisimæ ac horrendæ accidentunt mutationes in republica, statuque tum ecclesiastico, tum œconomico, haut aliter atque in domo vel palatiō, cuius tota moles ruinam minatur, ubi *fundamenta* per terræ motum aliamve causam concutiuntur, aut subsidunt. Ita igitur, ob magistratus injustitiam officiique defertionem, ruinam minatur respublica universa, omnisque humana conversatio vel ordines, vacillantibus statutis aut legibus fundamentilibus, quibus alias respublica inniti solet. Hinc *Jef. XXIV. 18.* *fundamenta* terræ dicuntur concuti, quando Deus gravissimam sumit ultionem; sic